



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 54. Anni Sacri gratio a Benedicto XIII. indicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. & Seniori intimari iussit, quod deinceps illi, quibus de Candidatorum moribus & doctrina alias inquirendi officium est demandatum, specialiter inquirerent, an sese in Francia receptis Pontificum Constitutionibus & nominatim Bullæ *Unigenitus* subiciant: cum autem Ecclesiasticorum non pauci, ne ad acceptandam Constitutionem compellerentur, ad Fœderatos Ordines confugerent. Rex per suum Oratorem Hæge Comitum ab his petebat, ne eiusmodi profugos recipere vellent. Hi vero roganter responderunt, apud ipsos moris non esse, ut cuiquam Hospitii jus denegaretur.

§. LIV.

Anni Sacri gratia a Benedicto XIII. indicta.

Constitut. Bened. XIII. Interim Benedictus XIII. pro impetrando felici Ecclesiæ universalis regimine die decima Junii Jubilæi gratiam indixit, edito desuper diplomate, in quo apertis verbis declarabat, quod Episcopos, qui ab Ecclesiæ Romane communionem sese segregarunt, huius gratiæ participes reddere non intendat, hæc enim addidit verba:

„Licet memoratæ literæ (Jubilæi) „universis Christi fidelibus . . . „recti

„rectæ fuerint animo tamen Sæc. XVIII.
 „fuius maxime alieni ab iisdem lite A. C. 1724.
 „ris inscribendis ac dirigendis
 „illis, qui a sanctæ Romanæ Ec-
 „clesiæ Communione Ecclesiastica se-
 „parati reperiuntur, nihilominus om-
 „nem dubitandi occasionem remove-
 „vosque de nostra in præmissis mente
 „ac voluntate certiores reddere volen-
 „tes, auctoritate Apostolica tenore
 „præsentium declaramus, vobisque om-
 „nibus, & singulis notum, palamque
 „facimus, nostræ intentionis nullate-
 „nus fuisse literas præfatas inscribere
 „ac dirigere, earumque publicationem
 „seu executionem committere illis, qui
 „per Romanos Pontifices Prædecessores
 „nostros ab ejusdem sanctæ Romanæ
 „Ecclesiæ charitate separati fuerunt,
 „ac cum quibus proinde nulla nobis &
 „ipsi Romanæ Ecclesiæ Communione Ec-
 „clesiastica existit, & si dictas literas
 „per eos, qui ab ejusdem communione
 „separati sunt, publicari seu executioni
 „demandari contingat vel forte jam
 „contigerit, vobis auctoritate præfata
 „harum serie denuntiamus, id contra
 „mentem, voluntatem, ac intentio-
 „nem nostram esse ac fuisse, quando
 „quidem nos decretis & Constitutioni-
 „bus eorundem Romanorum Pontifi-
 „cum Prædecessorum nostrorum adver-
 „sus

Sæc. XVIII. „sus illos editis, firmiter inhærentes,
A. C. 1724. „sicuti semper, benedicente Domino,
 „inhæsurus sumus, eos, nisi resipuerint,
 „a communis Societatis caritate pro-
 „clusus alienos ab omnibus haberi, &
 „censeri volumus & intendimus, &c.

§. LV.

*Novi motus in Galliis suscitati ob va-
rios Libellos & Theses.*

*Nova liter.
 ad An. 1724.
 pag. 588.
 Dorjan. l. c.
 pag. 211.*

Quo magis Appellantes tam Ecclē-
 siastica, quam Regia auctoritate
 premebantur, eo avidius Parlament
 Parisiensis patrocínio tumidi, curiam
 aucupabantur occasiones, in quibus
 Pontificiam auctoritatem deprimeret,
 ejusque Constitutionem illiusque detrac-
 tores insectari possent: Latum suæ in-
 vidie campum aperiri existimabant, dum
 P. Matthæus Petitiidier Benedictinus
 Abbas Senonensis in Lotharingia Præ-
 ses Congregationis sancti Vitoni & Fir-
 dulphi Tractatum Theologicum editum
 de infallibilitate & auctoritate Pontificum
 huncque librum Benedicto XIII. nuncu-
 cupavit. Enimvero Quesnelistæ hunc
 Virum in suis castris militare crede-
 bant, postquam vero in præfato libro
 palam fatebatur, quod quidem in Gal-
 liis enutritus, Ecclesiæ Gallicanæ ob-
 strinam de auctoritate Pontificia cu-
 la